



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Sacra-||mento Evcharistiae,|| contra Oecolampadium,  
opusculum:||**

**Clicthove, Josse**

**Coloniae, 1527**

**VD16 C 4208**

Miracula, circa eucharistiae sanctae contrectationem, a domino  
plaer[un]q[ue] ad fidei consolidationem ostensa: non par[um] etiam  
conferre, ad ueritatem dominici corporis in ea astruendam. XV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30220**

DE SACRAMENTO

1. cor. 11

» dicit apostolus quis ederit panem hunc, aut bibe-  
 » rit de poculo dñi indigne: reus erit corporis & san-  
 » guinis domini. docet in Christū redundare pecca-  
 » rū eius q̄ indigne sacramenta contrectarit uel sum-  
 » pserit. eo quod multo grauius sit symbola nostræ  
 » religionis polluisse: quam ea q̄bus patribus con-  
 » credata beneficia celebrabantur, tametsi futura  
 » præsignarent. quemadmodum & in epistola ad

Heb. 12

» Hebræos colligit dicens. Videte ne aspernemini  
 » eum qui loquitur. Nam si illi nō effugerūt qui a-  
 » uersabantur eum qui loquebatur in terra multo  
 » magis nos, si eum qui in cœlis est auersemur Hæc  
 » ibi. Enimvero quod indigne manducantes panem  
 » & bibentes calicem domini: constituantur rei cor-  
 » poris & sanguinis domini ut dicit apostolus. non  
 » ob eam sit cūsam, quoniam immanius sit piacu-  
 » lum: sacra nouæ legis signa polluisse, quam sacra-  
 » menta Mosaici ritus, quæadmodū obtendit Oeco-  
 » lampadius. sed quoniam sub illis, panis & uini sa-  
 » cri indigne sumptorū speciebus: uerū Christi cor-  
 » pus & sanguis contineantur. Et ergo non in ipsa  
 » signa tantum: sed & in ipsa signata uere ibidem  
 » præsentia, corpus inquam & sanguinem domini  
 » cum: huiusmodi irreuerentia redundat.

¶ Miracula, circa eucharistiæ sanctæ cōtre-  
 » stationē a dño plerunq̄ ad fidei cōsolidatio-  
 » nē ostēsa: nō parū etiā cōferre ad ueritatē dñi  
 » ci corporis in ea astruendā. Cap. XV.

**C**onsimilis etiam supradictæ, adhiben-  
 » da est responsio ad idipsum quod prio-  
 » ribus suis dictis modo citatis subiicit  
 » Oecolampadius, de miraculis: ob sa-  
 » cre eucharistiæ præsentia factis, hoc

EVCHARISTIAE. I. 49

pacto. Sicut, igit, temeratores mysteriorum iure poe  
 nã luunt: ita religiosis cultoribus ad miraculũ usque  
 prodest simplex & inadulterata pietas. Quale est,  
 quod Ambrosius de F. Satyro narrat: quẽ munitum  
 eucharistia in colliario ligata, & naufragiũ non  
 perdidit. Quale & hoc est quod de sacerdote le-  
 gitur: quod per medios ignes eucharistiã gestans eua-  
 sit. At nulla his exemplis efficaciam probandi est. quã-  
 quidẽ similia cõtingunt & alias ob causas. Conua-  
 luerunt a corporalibus morbis baptizati. Sanarunt  
 multos sudariola ac semicinctia: & umbra Petri.  
 Dabimus igitur & omnibus illis: immixtã quãdam  
 diuinã uirtutẽ? Quod si fecerimus: quã diuinã ad  
 umbratio uirtutis erit. hæc ille. ¶ Quã sane aliquã  
 haberet ueri similitudinẽ, & rōcinationis efficaci-  
 am: si solis niteremur illis miraculis, ad cõuincen-  
 dam dñici corporis in eucharistia ueritatem. Atque  
 solis illis nequaquã innitimur ipsi, tanquã præcipuã  
 basi nãe assertionis: sed multo ualentioribus, & po-  
 tioribus argumētis: æternæ. s. ueritatis & sacrore  
 eloquiorum testimonio: sanctorumque patrum diuinã scri-  
 pturã interpretum unanimi sententiã. Cui accedens se-  
 cundo quodã loco miraculorum uirtus, a dño ad fi-  
 delium ædificationẽ interdum exhibita: testatiorẽ  
 reddit & probatiorẽ ipsam ueritatem. De sacra-  
 uero unda baptismalis lauacri, de sudariolis itidẽ,  
 & semicinctiis Pauli, & denique de umbra Petri,  
 nullum tale habemus a deo testimoniũ: quod illis as-  
 sistat & insit uerũ Christi corpus. Non igitur simi-  
 le censei debet iudicium de his ipsis ab Oecolam-  
 padio adductis: & de sacrosancta eucharistia.  
 ¶ Quocirca nullo pacto recipiendum est a catho-  
 licis: quod cõtinuo ille subiicit. In summa, inquit,  
 scriptura tam nullis miraculis hoc sacramentum

Ambrosii  
Satyrus

Act. 19. 54

G

## DE SACRAMENTO

» insigniuit, q̄ baptismum: in hoc, ut delitescens cor  
 » poraliter sit corpus in pane. Etiam si irreligiose tra  
 » stantes sacra: pro sua impietate dignā luerunt pœ  
 » nam. Hæc ille. Quinimo penitus sentiendū est di  
 » cti illius oppositum. Testatur, n. scriptura, diuino  
 rum uirtute uerborū panem materiale in uerum  
 Christi corpus conuerti: & uinum in illius sangui  
 nem. quod profecto insigne est miraculum: & ma  
 xime omnium memorabile. Nihil tamen tale: asse  
 rit fieri in baptismo. Tradit itē diuina pagina: nō  
 in pane illo materiali, secundū substantiam supsti  
 te, aut cum ipso pane reipsa manente: subsistere  
 Christi corpus. ut sonare uidentur prædicta Oe  
 colampadij uerba: sed in forma panis, amplius se  
 cundum substantiam nō remanentis: delitescere p  
 hibet uerū Christi corpus. Atqui nō dicit scriptu  
 ra: consimili mō in specie aquæ baptismalis: cor  
 pus aut sanguinem christi cōtineri. Taceo in præ  
 sentia, reliqua non minus stupenda miracula: q̄ in  
 sacramento Eucharistiæ operatur quotidie diuina  
 uirtus, & nō in baptismo: qm̄ illis enarrandis: oport  
 unior postea occurreret locus. ¶ Attē hoc in loco,  
 § nō est diffidendum: diuina quadam ad nostram in  
 firmitatem condescensione, interdum facta fuisse,  
 & apparuisse hominibus miracula circa sanctam  
 eucharistiam. Quæ ostendere pro sua dignatione,  
 uoluit summa Dei bonitas: aut ad hæsitantium  
 animorū in fide confirmationem, aut ad ampliōre  
 credentium cōsolidationem, uel ad incredulorū cor  
 reptionem siue conuersionē: aut alia quauis pia de  
 causa, nobis q̄dem incognita, deo aut nota. Quē  
 admōdum, exempli gratia, interdum legitur inter  
 manus sacerdotum, cum sacra facerent in altari te  
 nentes eucharistiam; apparuisse forma pueri, aut

Miracula:  
 interdū cir  
 ca euchar  
 istia cōspe  
 cta,

forma carnis, aut ex hostia sacra in subiectum ca-  
 licē sanguis purpureus distillasse est uisus. Inter-  
 dum uero ex sacrosancta hostia, impio Iudæorū  
 cultro aut pugione confixa: largus effluxisse legi-  
 tur sanguis, in testimonium ueræ præsentiaē corpo-  
 ris Christi in eucharistia. Quemadmodū antiqua  
 harū rerū monumenta ad posteros traducta, atque  
 in nostram usq; ætatem a priscis sæculis asseruata  
 indubitata fidem faciunt: Sicut etiam approba-  
 ta illustrium autorū scripta, idem satis testificatur:  
 quibus nō est ea in re detrahenda fides, sed ubi suf-  
 ficienti & fideli suffulta sunt testimonio: magna cū  
 pietate sunt amplectenda, debitaq; reuerentia pro-  
 sequenda. Corroborant. n. hmoi sacra monumēta  
 & ostēta diuinitus exhibita: maiorem in modum  
 fidem nostram: neq; paruum afferunt emolumen-  
 tum cōprobandaē nostræ, imo totius Ecclesiæ de  
 eucharistia sententiæ: quōd in illa ueraciter Chri-  
 sti corpus contineatur. ¶ Porro Oecolampadius  
 horū quidem miraculorū obiter meminit: in suo li-  
 bro quem confutamus. Sed more Phalangij, quæ  
 cunq; contigerit, suo inficientis ueneno: ea non di-  
 uina uirtuti sed præstigijs dæmonicis ascribit. In-  
 quit enim. Alibi dicitur panis uersus i carnem, ali-  
 bi digiti formam induit: alio in loco uisa est in eo  
 puelli figura. Est ubi cruetarit: asseruaturq; in nō-  
 nullis locis cruor ille, & festos dies meruit, nouæ  
 feruēs idololatriæ. Quæ q̄tum moueāt alios: faci-  
 le ex cultu patet: me uero, ne tantillum quidē qui  
 non ignorem: quid pmittat deus propter pctā no-  
 stra, & didici a domino, regnaturū antichristū in  
 signis & prodigijs mēdacibus: angelumq; satanæ,  
 in angelum lucis se transfigurare. Hæc ille. Quo  
 autē tendant ea uerba: nemo uel stupidus ignorat.

4

”  
”  
”  
”  
”  
”  
”  
”  
”

2. Cor. 2.  
1. Tim. 13

G A

DE SACRAMENTO

eo siquidem tota hæc spectat oratio: ut persuadeat lectori, ea omnia miraculorū gñā meras esse dæmonum imposturas. Quod ut amplius affirmet: adducit consequenter ex gentiliū historijs multa prodigia portentosa, q̄ apud eos miraculorū habentur loco: præstigijs & astu dæmonū haud dubie procurata. Illisq; assimilare contendit ea miracula: q̄ circa sanctam eucharistiā interdū sunt uisita: & inde argumentū ducere: hæc oia, etiam fatæ uafritie & illusionibus, apparuisse hominibus.

Luc. II  
Ioan. 10.

¶ Quia in re, p̄similis profecto mihi uideatur Oecolap. scribis & pharisæis Iudæorū: perpetuis mirabilium Chri operū calūniatoribus. Qui cum nō possent negare admiranda in eiectione immundorū spirituum, ipsius signa: attribuerunt illa diabolicæ uirtuti, ore blasphemio, dicentes, q̄ in Beelzebub principe dæmoniorū eijceret ipse dæmonia: q̄que dæmonium haberet & insaniret. Haud aliter Oecolapadius, qm̄ multorū illustrium scriptorū, aut lochorū, in quibus sacer asseruatur sanguis, ex sacra hostia impiorū manibus transfixa profusus, testimonio conuictus: inficiari non audeat rem ipsam, oim̄ oculis cōspiciuam: modū rei ipsius euerit & fascinat, dicens fraude dolisq; serpentis antiq̄ hæc cōficta esse miracula circa eucharistiā, & commentitia. Quod haud dissimulanter in uerbis paulo ante præcedentibus insinuat, cū ait: Atq; satan, ut occultum (ubi nullū erat) miraculum fingeret: quot iterim ludibria molitus est? Quæ siq; cum præcedentibus eius uerbis & subsequētib; exacte cōferat & p̄siculatius exp̄dat: eo profecto ipsa tendere deprehēdet, ut colligat dæmonis esse uentū id dogma ecclesiasticū, imo euangelicū: q̄ in eucharistia uere cōtineatur Christi corpus, Vt

EVCHARISTIAE. I. 51.

cū id oībus persuaserit fatanas : facile eos inducat  
 in idolatriā. Sed facessat ipse: cum extrema hac &  
 execranda impietate (nam secundū sapientis uers  
 bum, similiter odio sunt deo : impius & impieta-  
 eius) & de horrēda hac blasphemīa, dignam agat  
 pœnitentiā. ¶ At uero & hic, unum adhuc genus  
 miraculorū recensere non erit supuacuum: quod p  
 diuinam sanctæ eucharistiæ uirtutē nonnunq̄ ope  
 rari dignatus est Dñs. ut spectatissimi & fide di-  
 gni, testantur autores: utpote q̄ per sacræ cōionis  
 susceptionē, uexati a spiritibus immundis: conti-  
 nuo liberati interdū fuerint. Quā inter ceteros af-  
 firmat Cassianus, autor probatiss. in opere suo de  
 collatiōibus patrū, collationis septimæ (q̄ abbatīs  
 est Sereni) capi. 30. in hunc modum. Cōmunionē  
 uero eis, q̄ spiritibus uexantur imundis, sacrosan-  
 ctam: à senioribus nostris nunq̄ meminimus in-  
 terdictam, quinimo si possibile esset: etiam quoti-  
 die eis impartiri eam debere censebant. Nec. n. se-  
 cundum euangelij sniam (quam incōgrue huic sen-  
 sui coaptatis) nolite sanctū dare canibus. ad dæmo-  
 nis escam sacrosancta cōmunio : & non potius ad  
 purgationem ac tutelam corporis animæq̄, perue-  
 nire credenda est. Quæ ab homine pcepta, eum q̄  
 in mēbris eius insidet spm̄, seu in ipsis latitare cona-  
 tur: uelut quodā exurens fugat incendio. Hoc nan-  
 q̄ mō, curatum & abbatem Andronicum nuper  
 alpe ximus: aliosq̄ cōplures. Magis nāq̄ ac magis  
 inimicus insultabit offenso: cum eū a cœlesti medi-  
 cina uiderit segregatum, tantoq̄ durius ac frequen-  
 tius ipsum attentabit: quanto eum a spiritali re-  
 medio lōgius senserit abdicatum. Hæc Cassianus  
 ibidem. Ecce abbas Serenus Andronicū abbatem  
 affirmat per sacræ cōmunionis susceptionem tu-

Sapie. 24.

6

Cassianus

Matt. 7

Androni.

## DE SACRAMENTO

iste curatum a uexatione satanæ, qua prius agita-  
batur: aliosq; cōplusculos. An & hoc miraculū (si  
cut cætera supra dicta) ascribet Oecolampad. po-  
testati dæmonicæ: ut satanas satanā eijciat? Quod  
si dixerit: n̄isdē omnino uerbis & rōnibus confuta-  
tū se dinoscat: quibus & scribæ & pharisei in euā-  
gelio, calumniantes diuinā Christi uirtutē dæmo-  
niōrū eiectricem, & propulsatricem. ab ipso sunt  
conuicti. Ad hæc, si satanas, id etiam operetur, q̄  
sacram accipientes cōmunionem liberētur ab in-  
festatione maligni spiritus, qua prius præmeban-  
tur: cur suadet ipse Serenus ab. apud Cassianū, agi-  
tatis uexatione satanica, sapius exhibendam esse  
sacram cōmunionem: ut mō citata eiusdem uer-  
ba liquido produnt? Nunquid ut sapius suā osten-  
tet uirtutem satanas: in aliorū expulsiōe dæmoni-  
orū? Obmutescat igitur Oecolampadi. linguamq;  
suā cōpescat & cohibeat a tā detestabili blasphe-  
mia. Et q̄ dei sunt, reddēs deo: fateatur posthac mi-  
racula q̄ circa sacrā eucharistiā nōnunq̄ euenisse fe-  
runtur, diuina tm̄ uirtute, mundo fuisse exhibita.

¶ Probatos itidem autores: Eusebium Emi-  
senum, Anselmum, Cantuariensem, Raba-  
numq; & Hugonem de sancto Victore: su-  
is dictis astruere præsetiam corporis Christi  
in eucharistia. Cap. XVI

**C**AETERUM ut inchoatus a nobis sermo re-  
putatur, aliquanta interiectiōe sermo-  
nis de pœnis in irreuerentes circa san-  
ctam eucharistiā diuinitus inflictis, &  
de miraculis circa eandē oñsis, interpo-  
latus; audiantur nunc & alij autores sacri, testimo-

Matt. 12  
Luca. 11  
Serenus